



~~G. 1124~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

V-37

SIGNAT. MDCCCXIII.



DISPUTATIONUM METAPHYSICARUM PRIMA;

15

*De*

DEFINITIONE  
ET DIVISIONE METAPHYSICÆ.

*Quam*

*In Inclytâ Academia VVittebergensi  
Adjutu Divino*

PRÆSIDE

M. IOHANNES ROTLÖBEN  
VVITTEBERGENSI, Amprissimæ facultatis  
Philosophicæ Adjuncto.

*Defendendam suscipit*

MICHAEL SINAPIUS BECZOWI-  
ensis Panonius.

*Ad diem 26. boris locoq; consuetis.*



WITTEBERGÆ

*Typis Johannis Gormanni, Anno 1619.*

*h. III. 1268*






DISPUTATIONUM METAPHYSICARUM  
PRIMUM  
DE  
DEFINITIONE  
ET DIVISIONE METAPHYSICAE

In hoc opere ab authoribus  
Adhuc Divino  
Praeside  
M. JOHANNES ROTTORFEN  
VITTE REGENSIS ACADEMIAE FACULTATIS

MICHAEL ROTTORFEN  
cum Praeside  
M. JOHANNES ROTTORFEN  
VITTE REGENSIS ACADEMIAE FACULTATIS  
Typis Johannis Gottlobi, Anno 1792







ΘΕΣ ΣΩΠΕΡΥΕΝΤΩ.

# Aphorismus I.



Metaphysica est Sapiencia, quæ considerat Ens quatenus ens quæq; isti sunt annexa, modos nimirum entis communes, prima principia & primas causas.

II. Quia in definitione tum ad definitum, tum definitionem est respiciendum. DEFINITUM METAPHYSICA *ἡ ἐν τῶν μετὰ τὰ φυσικά* dicitur. Ubi particula *τὰ*, si explicetur per post, intelligens ordinem inventionis & acquisitionis; sin verò per ultra, ordinem dignitatis. Indigitatur alias varijs nominibus dum vocatur, 1. Sapiencia. 2. Prudentia. 3. Philosophia κατ' ἐξοχήν. 4. Philosophia prima. 5. Theologia Naturalis. 6. *μητρὴς ἀπάντων*.

1. Met. 1.

4. Met. 1.

6. Met. 1.

6. Ethic. 1.

III. Genus definitionis est SAPIENTIA, prout vox Sapiencie ab Aristotele 6. Ethic. c. 2. sumitur, & definitur quod sit habitus, scientia & intelligentia constans. Intelligentia autem est habitus principiorum, scientia conclusionum, quæ quia in Metaph. reperitur jure Sapiencia vocatur.

IV. Differentia ab objecto desumpta, considerat *Ens quatenus Ens*. Ubi *Ens materiale* objecti; *quatenus Ens formale* constituit. Quo indigitatur rem consideratam communem esse particulibus etiam disciplinis quæ circa ens vel partem ejus occupantur; *Modum tamen considerandi* solius Metaph. esse proprium. Et quia Scientia non tantum circa objectum versatur (ut inquit Aristoteles) sed etiam circa ejusdem principia, affectiones & species, ideo additur Metaphysicam quoque non tantum versari circa ens, sed ejusdem modos ut unum verum bonum &c. principia non essendi quidem, sed cognoscendi. Species ut Substantia & Accidentia &c.





Physicis corpus Naturale est objectum, cuius Principia Materia forma &c. affectiones motus, locus, tempus, &c. Species est coelum, stellæ &c. quæ omnia inibi pertractantur.

V. Ultimus terminus in hac scientia intentus est cognitio causarum & principiorum universi entis. Quemadmodum enim Physicus super impressionibus meteoricis, causis earum inventis, quiescit: ita Metaph. in cognitionem principiorum & causarum entis perveniens, terminum inquisitionis suæ apprehendit.

VI. Definitionem excipit Divisio. Dividitur autem Metaph. in partem generalem & specialem. Illa ens ejusq; affectiones considerat; Hæc species entis pertractat, veluti progressus docebit.

## QUÆSTIONES

### I.

*An detur Metaphysica distincta ab aliis  
disciplinis?*

*Lib. 4. Inst. cap. 1.* **Q**uid sit querere, antequam An sit, nihil querere est, ex Aristotele repetit Clarissimus noster Logicus Jacobus Martini. Quod & nos animadvertentes, primò, An sit Metaphysica, investigabimus. Sunt enim nonnulli, qui odiosæ & curiosæ subtilitatis nomine, Metaphysicam ob nimiam ipsius difficultatem suspectum reddunt, ideoq; penitus tanquàm inutilem extinguendam esse censet, res Metaphysicas, inanes subtilitates & scholasticorum nugas dictitant; vel si ipsius ponunt usum à Logica distinctum esse negat. Horum Coryphæus Ramus est ut patet ex præfatione Metaph. Schol. & earundem lib. 1. c. 1. & 2. Sectatores habet Nothold, Keckermanum, Heiselbeinium &c. Verùm perperam contemnere nobilissimam hanc disciplinam, quippe penes quam solam jus est omnium scientiarum, viri non modò ignorantis sed extremè odiosi est. Non diffitemur equidem Metaphysicam disciplinam difficilimã esse, id quod patet tum ex ipsius objecto, sub quo comprehenditur Deus, de quo quò plus cogitamus eò minus invenimus.

*Scal. lib. 1.  
1. de re Poet.  
cap. 5.*

Tum



Tum ex modo procedendi: Nihil siquidem difficilius quam prima principia probare, eademque suis principiatis applicare; Tamen ob id existentia ejus minime negari debet. Nec non est consentaneum ullam honestam rem actionemve (inquit Cicero) quæ sollicitudinem secum trahit, aut non suscipere aut susceptam deponere. Difficultas namque admirationem, admiratio Philosophiam parit, asserente Javello cap. 3. præfat. Metaph.

Quocirca disciplinam hanc ferendam esse sic probatum daturus: 1. Datur quædam disciplina quæ considerat ens quatenus tale secundum Philosoph. 3. Met. c. 1. At nulla alia præter Metaphysicam talis esse potest, ut ex inductione patescit. E. 2. Datis generalibus principiis & affectionibus, generalis quoque & peculiaris dabitur disciplina. Atqui dantur ejusmodi generalia principia & affectiones, quæ in aliqua particulari scientia considerari non possunt, cum componantur ex terminis Universalissimis, ut ens, verum, oppositum, idem, diversum, E. Necesse est dari universalissimam scientiam. Sicut enim non potest cognosci distinctè homo, nisi cognito animali, & animal nisi cognito corpore; Ita non potest cognosci distinctè ullum ens in particulari nisi cognito ente, ipsaque quæ ad ipsum pertinent, in genere. Quibus tandem subnectere possumus munera & utilitates Metaph. quorum 1. Unicuique disciplina suum objectum assignare, 2. confirmare prima principia eademque specialibus applicare de quibus passim Metaphysici.

Porro Metaphysicam & Logicam unam conficere disciplinam nec essentialiter a se invicem differre acriter negamus. Quæcunque enim disciplina distinguuntur materia, forma, & fine, illa realiter inter se differunt. At hæc duæ ita distinguuntur. E.

Minor patet: Nam si *Materia* nomine veniant *Præcepta*, utique ista distincta sunt, ut insipienti plus satis apparet; Sin *Objectum* seu *materia circa quam*, tunc quidem convenientiam in hac daturus *Logicæ & Metaph.* Sed non licet argumentari ab identitate materiae, ad identitatem formæ seu speciem. Maxima siquidem tunc omnium rerum esset confusio. Accedat igitur *formale* seu *forma* quæ alijs dicitur *modus considerandi*, & tunc apparebit disciplinas has esse essentialiter distinctas.



Nam i. Logica considerat ens prout substat notionibus secundis; Metaphysica vero Ens quâ tale. Crepant quidem adversarij nullum hic discrimen esse: Metaphysica enim agit de universalibus, de iisdem & Logica; Metaphysica considerat predicamenta, eadem & Logica; in Metaph. sunt Termini necessarium, contingens &c. ijdem in Logicis, ubi de propositionibus ex ejusmodi terminis constantibus, sic de syllogismo Demonstrativo & probabili ubi abunde de necessitate & contingentia. Metaph. Explicat essentiam seu quidditatem rei; quid autem essentia & quidditas aliud est quam definitio rei de quibus in Logicis? Metaph. Tradit de toto & partibus, de causis & effectis, de diversis & disparatis, quae omnia in locis topicis à Logico pertractantur.

Verum hi nondum distinctionem inter diversum considerandi modum perceperunt, vel illam percipere nolunt. In ipsorum tamen gratiam istam repetimus. Concedimus Logicam & Metaph. considerare Universalia ut & reliqua supra citata, sed non eodem modo. Nam universalia traduntur in Logicis ut possunt predicari, & quatenus aptitudinem praedicandi in illis deprehendimus; in Metaphysica vero in sua essentia, seu hic in essendo ibi in predicando. Praedicamenta porro in Logicis proponuntur, ut discat Logicus confusam rerum cognitionem; in Metaph. vero ut habeamus distinctam notitiam. Deinde Metaph. Earundem rerum sibi possessionem vendicat ut seriem & cohaerentiam rerum monstret; Logica vero ut ex illarum rerum subordinatione discat aptitudinem praedicandi, sciatq; praedicata à subjectis, antecedentia à consequentibus discernere, ut & ostendat seriem substantiarum per genera & species dispositarum. Tandem in Logicis tractatur de necessitate & contingentia propositionum; in Metaph. vero de necessitate rerum. Hic Definitio in Logicis per secundas notiones exprimitur & modus tantum definiendi proponitur; In Metaph. autem essentia quod ad rem traditur, & utitur ista terminis realibus non intentionabilibus. Contra ultimum peccat Keckerman. & alij qui in locis topicis totam ferè Metaph. pertractant, id quod nobis asserendum minimè est: Nos enim istos terminos omnes saltem sub modo intentionali, quatenus medium syllogismi terminum subministrant consideramus. Idem judicium esto de reliquis parti-



particularibus disciplinis, quæ quodam materiale ab universali  
scientia non distinguuntur: partes enim simul sumptæ à toto  
non differunt realiter; Sed quodam formale suo quælibet claudi-  
tur circo. Et hæcenus monstratus est diversus considerandi  
objectum, modus.

Fine denique differunt; eò quòd Metaph. theoriam, Logica  
praxin & syllogismi fabricationem respiciat; hinc genere quo-  
què proximo & dignitate distinctæ manent, dum illa contem-  
platrix hæc operatrix, illa propter se, hæc propter aliud experi  
dicitur. Ex quibus clarum est disciplinas has esse longe distia-  
tissimas, & Metaphisicam ἐγκυκλοπαιδεία ferendam esse.

## Quæstio II.

*Quod sit proprium & propinquum Metaph.  
genus?*

Cùm si *τὸ* semper supponatur τὸ ὅλν ut inquit Divinus ille  
Præceptor Arist. quæstio hæc jure præcedenti subjungitur. Va-  
ria autem hujus ζητήσεως apud Philosophos extant placita. Ramæi  
qui inter eos disciplinam hanc admittunt, Metaphisicam artem  
vocant, sumpta voce artis pro *systemate* vel *notitia* certorum præ-  
ceptorum methodicè conscriptorum. Schola peripatetica Me-  
taphisicæ genus modò *scientiam*, modò *sapientiam* facit, quin &  
*Φρόνησιν*, prudentiam vocavit Arist. lib. 1. Metaph. c. 2. Quæ sin-  
gula dum tot sint præclusa difficultatibus, tot perplexis circum-  
septis labyrnithis, ut qui non certâ viâ inceserit, eum necesse sit  
miserè opinionum ventis jaçtari. Ante omnia igitur prænoscen-  
dum I. hic non investigari quid Metaph. possit dici hoc vel illo  
respectu, sed *quid sit in sua essentia considerata*; alias si pro diverso  
respectu res esset definienda, non una sed plurimæ definitiones  
unius rei darentur, cùm rerum respectus in infinitum multipli-  
cari possit. II. quæri hic genus non perfectè univocum (liqui-  
dem in accidentium definitionibus vix perfectè univocatio in-  
venitur)

*Simpler.*



venitur) sed tale quod proximè ad Metaph. naturam accedit, ejusque  
essentiam maximè exprimit. Quibus præsuppositis, initium fa-  
ciendo à facilioribus, dicimus I. Metaphysicæ genus non est pru-  
dentia, quippe quæ est  $\omega\delta\iota\ \tau\acute{\omega}\nu\ \pi\rho\alpha\kappa\tau\acute{\omega}\nu$  atque sic habitus practi-  
cus, Metaphysica autem habitus speculativus: Verba ergo Arist.  
intelligenda sunt κατ' ἀναλογίαν, quæ consistit in eo, quòd sicut  
prudentia excellit inter habitus practicos, ita Metaph. inter ha-  
bitus specol. II. Non est Ars, tum quia respectus ille quo Me-  
taph. per artem definitur Metaphysicæ sit *accidentarius*, definitio  
autem non accidentariam affectionem, sed essentiam rei expri-  
mete debet; tum quia *communis* omnibus disciplinis & artibus  
quarum singulæ certo systemate comprehenduntur. Quin imò  
definitio, cujus genus & species diversa constituunt prædica-  
menta (qualis Timperi est, dum systema tanquam genus, Quan-  
tatem, Metaph. tanquam species qualitatem respicit) in Scho-  
la veritatis non rideretur tantum sed vapulat. Merito ergo à no-  
bis tanquam genus remotum, improprium & confusum rejici-  
tur. III. Non est *scientia*, quippe quæ ad Metaphysicam non  
habet se ut genus ad speciem, sed ut pars ad totum, cum Metaph.  
sit sapientia quòd ad genus, quæ intelligentia & scientia constat.  
Nō diffremur equidem dari rationes, Metaphysicam ingenium  
scientiæ habere probantes, quæ tamen non sufficiunt ad exhau-  
riendam generis naturam. Concedimus etiam Metaph. posse di-  
ci scientiam generaliter sumpta voce scientiæ prout scil. signifi-  
cat habitum per demonstrationem acquisitum ut 1. post. 2. Quæ  
significatio hic in controversiam non venit, dum non vagum  
& latum, sed certum & distinctum inquiramus genus, quale sci-  
entiam sive genericè sive specificè, (pro habitu nimirum quo  
solum scientia est) vocem sumas, locum generis in definitione  
Metaph. sustinere posse negamus.

Maxime igitur proprium & distinctum Metaph. genus est  
sapientia, quia ipsa tractat prima rerum & scientiæ omnis prin-  
cipia. At ex principiis primis colligens conclusiones est sapien-  
tia, Autore Acte 1b. 6. Ethic. c. 3. Arguitur hoc ipsum ex pro-  
prietatibus sapientiæ quæ Metaph. competunt, quales sunt 1. sa-  
pientia versatur circa omnia, 2. circa res difficiliiores & minus  
sensiles.



sensiles. 3. sapientiā est cōgnitio certissimā. 4. Est apta ad docendum & aperiendas rerum causas. 5. debet appeti propter se non alterius causa. 6. Debet sapientia dominari aliis scientiis & eas dirigere atq; adeo nobilissima esse. Quæ omnia Metaphysicæ aptè conveniunt, ut videre est apud Suarez disp. 1. Metaph. Fonseca 1. Met. cap. 2. Jacobum Martini lib. 1. Exer. Metaph. exerc. 2.

## Quæstio III.

*Quod sit adequatum Metaphysices subiectum?*

Ut res tum perfici dicitur, cum ex materia & forma constituitur; ita definitio rei tum rectè absoluitur, cum ex genere & differentia componitur: genus enim materiam in qua est confusio, differentia formam in qua est distinctio imitatur. Genere ergo Metaph. invento, Differentia quæ subiectum continet investiganda erit. In cuius constitutione Philosophi alij in excessu alij in defectu peccant. In excessu qui I. subiectum Metaph. dicunt ens latissimè sumptum, quatenus comprehendit sub se ens reale & rationis, ens positivum & privativum, ens per se & per accidens. II. *πᾶν νοητὸν* seu omne intelligibile pro subiecto Metaph. ponunt, ut indicent Metaphysicum debere ad specialissima quæque progredi. Neutra verò harum opinionum potest subsistere; illa, quia subiectum æquivocum ponit; Ens enim reale æquivocè de ente rationis & privativo dicitur, vel per *ἀναλογίαν* proportionis; quæ sub æquivocationem reducitur nec sub scientiam cadit quæ sunt per accidens 6. Met. 2. 4. hæc quia intelligibile non est ens, sed affectio entis, cum nihil sit in intellectu nisi prius sit in sensu, hinc omne intelligibile est posterius ente natura & cognitione.

In defectu errant, qui I. subiectum Metaph. ponunt Deum, ex eo quod hæc scientia vocatur Theologia, quæ non videtur aliud esse quàm scientia de Deo. Sed dum Metaphysica procedat ex lumine naturali nec attingit Deum prout in se est adeoq; passiones entis (ut sunt multum, Diversum) ei attribuere non possit, opinio hæc facile cadit. II. qui in oppositum solum ens

B

creatum

*Timpler.*  
lib. 1. Met.

6. 1.

*A. Mirandulanus lib.*  
13. de evers.  
sing. certam. sect. 6.

*Averroes*  
*Phys. Comment. ult.*



creatum & finitum in Metaph. tractandum esse ajunt, doctrinam de Deo ad solam Theologiam referentes, ex eo quod ei non convenient principia & accidentia sive affectiones Metaph. Verum enim verò cum negari non possit universam entis latitudinem Metaphysicæ subjici, Deum quoq; & intelligentias sub considerationem ejus (non quidem absolutam quæ specialem & particularem scientiam concernit, sed generalem quandam fluentem ex lumine naturæ) venire, fatendum est. III. Substantiam immaterialem pro subjecto ponentes qui ex jam præactis refelli possunt. IV. qui dicunt substantiam in communi esse subjectum Metaph. At constat substantiam potius contineri sub ente quàm ut contineat totum ens. V. qui Ens divisum in 10. prædicamenta disciplinæ hujus subjectum asserunt, ex eo, quod Aristoteles, id Ens fecit subjectum Metaph. quod postea divisit in substantiam & Accidens, quæ divisio constituit prædicamenta. Verum cum hic Philosophus dividerit ens non primò, sed per subdivisionem, (præmissa nimirum Divisione entis in finitum & in infinitum) non est quod opinioni huic patrocinetur.

Quarum opinionum falsitas ut eo rectius retegatur, advertite I. Non quæri hic de subjecto perfectionis seu partiali quale prima & ultima opinio supponit; sed de subjecto adæquationis seu totali, quod nempe toti scientiæ ex æquo coextendatur. II. Constitutionem subjecti non debere extendi ad comprehendenda ea, quæ indirectè & per quandam ἀναγωγὴν solùm in aliqua disciplina traduntur; sed ad ea quæ primò per se, & directè inibi pertractantur. Atque sic hic non quæritur de quovis subjecto disciplinæ, sive illud sit principium, sive affectio, sive aliud quid, sed de tali quod sit 1. ens per se, 2. quod sit præcognitum, 3. quod affectiones proprias habeat propriaq; principia. Quæ singula dum primò convenient enti reali & positivo, quod non per aggregationem sed per se unum est, concludimus verum & adæquatum Metaph. objectum esse Ens quæ ens. Sola enim hæc Ens universè acceptum considerat, quatenus scilicet commune est Deo & creaturis per se. Nam ceteræ scientiæ omnes de Ente tum contracto certumque aliquod genus concernente agunt. Sic Geometria de Magnitudinibus,

3. Commentator  
 Phys. Comment. ult.  
 4. Buridanus.  
 5. Dominicus Flandrensis in quest. suis Metaph.  
 Franciscus Suarez disput. 1. de natura Metaph. lib. 1. Jacob. Martin. in exerc. Metaph. Theor. 3. Cornelius Martini p. 13.



nibus, Arithmetica de numeris, Physiologia de re naturali; sola Metaphysica ut omnium nobilissima Ens qua tale sit reliquit.

## Quaestio IV.

*An Metaphysica rectè dividatur in partem  
Generalem & Specialem?*

Metaphysica cum non secundum se totam, sed etiam secundum partes cognoscenda sit, definitioni rectè subnectitur Divisio. Et quia verum, iudex sui & obliqui verè dicitur, ideo cognitio veris partibus Metaph. ad quas cæteri defectus judicari & æstimari debent, recensionem falsarum *Ἀληθειῶν* consultò permittimus. Dividitur ergò Metaph. (divisione scilicet integri in sua membra, non verò generis in suas species ut quidam volunt) in partem Generalem, quæ agit de illis quæ Ens generaliter consequuntur; & specialem quæ de speciebus entis agit quatenus ad hanc scientiam pertinent. Oportet enim Metaph. subjectum suum in quo explicando occupatur, *primum in genere* considerare communia attributa, quibus entia inter se conveniunt. Deinde in *specie* secundum proprias affectiones, quæ cum in substantijs tum accidentibus reperiuntur. Nec obstat quo minus tota Metaph. ad reliquas disciplinas sese habeat tanquam scientia *universalis* ad particulares. Nec enim hic dividitur Metaph. in *respectu ad reliquas scientias*, quomodo tota Universalis est, siquidè ejus partes latius patent quàm reliquæ particulares scientiæ. Sed in *respectu ad suas partes*, quarum una universalior altera particularior.

Et tantùm de Natura Metaphysicæ appo-  
fuisse sufficiat.

F I N I S.





quæ Aristoteli de numeris Ethicorum in de re naturalibus  
sola Metaphysica ac omnium nobilissima hæc pars est huius  
quæ

# Quæstio IV

De Metaphysicae divisionibus  
Generalium & Specialium

Metaphysica cum non solum sit pars philosophiæ  
in quantum ad materiam cognoscendam sed etiam  
in quantum ad formam in quantum ad veritatem  
itaque cognitur per se ipsam et per rationem  
junctam et aliam debet respectum habere ad  
consilio rationis. Dividitur ergo Metaphysica  
licet in generalia et specialia, non vero genera  
ne quidam voluit in partem Generalium per se  
ita generaliter considerantur et specialium per se  
et sic ergo quærens ad hanc scientiam pertinet  
in quantum ad subjectum suum in quo explicando occupatur  
primarium in quantum ad considerate contenta  
inter se convertuntur. Unde in generalibus  
rationes per se sunt substantiæ cum eodem  
vult. Nec obstat quod Metaphysica ad res  
nec se habeat respectum scientis nisi ad particulare  
Metaphysicæ dividitur Metaphysica in  
quoniam tota Universalis est, spiritus et partes  
quæ sunt partes scientiæ. Sed in re  
partes sunt partes scientiæ et partes  
etiam sunt partes scientiæ et partes

F I N I S





Ung. VI 37

ULB Halle  
003 913 872 3




Sl.

U 3 17











Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

M META-  
PRIMA;

15

TIONE

NE ME-  
CÆ.

Wittebergensi  
vino

DE

LOTLÖBEN  
rissimæ facultatis

djuncto.

suscipit

S BECZOWI-  
nius.

coq; consuetis.

R G Æ

anni, Anno 1619.

1268